



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri
apostatæ super actis Ratisponæ**

Eck, Johannes

Ingolstadii, 1543

VD16 E 416

Imp. Reges & principes contra Lutheranos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30106

ECKIVS NON EST PERSECUTVS EVANGELIVM.
PRIMA CAVSA EXCOMMUNICATI^{ONIS}
retorquetur in Bucerum.

Excommunicatū dicit Eckium, quia persecutus sit tā
diu Euangelium? Quasi persequendo hæreses Luthe-
ranas & Zuinglianis, persecutus sim euāgelium, cum tum
maxime defenderim euāgelium. Ergo cur non excommu-
nicat diuum Imp. qui Vuormacæ cum vniuersis ordinibus
Imperiū dāmauit Lutheranam hæresim? Hoc idē fecit Au-
gustæ, fecit per omnia regna Hispaniæ, & per omnia domi-
nia sua in Belgis, vbi igne etiā hæreticos vindicauit, & adeo
eum non pœnituit, vt edictum fortius nouissime publica-
ret. Fecit hoc serenissimus Ro. Hungariæ & Bohemiæ rex,
vt Tauber, Peregrinus, & Baldasar combusti indicāt Vien-
næ. Fecit hoc idē Christianissimus rex Galliæ, vt Berquin,
Iacobus Ponet, Matthæus Suanier. N. Rotomageñ, cū z-
lijs combustis testantur. Fecit serenissimus rex Angliæ, vt
lamentationes vestræ testantur, quando Pomerani discipu-
lum & commēsalem combussit cum socijs Londini. Fecit
rex Scotiæ totus catholicus, vt Aloysij apostatæ exilium in-
dicat. Fecit rex Poloniæ. Fecit rex Portugallæ. Fecerūt ma-
ximi prīcipes Ioachimus Marchio Elector senior, Georgi-
us dux Saxonie, illustrissimi prīcipes Bauariæ, excellētis-
simus Lotharingiæ dux, illustrissimum dominium Venes-
tōz, fortissimi antiqui Contones Heluetioḡ, & alij poten-
tatus nobilissimi. Feci ego, quod fecerunt celeberrimæ Aca-
demiæ, Parrhisij, Louaniæ, Coloniæ, Compluti. Quod eru-
ditione & vita admirabiles fecerunt, episcopus Rosseñ. Cat-
dinalis Caïetanus Rosseus Anglicus, Emser, Schatzgerus,
Hohstrat, Koellin, Faber Vieñ. Syluester Prierias, Catharia-
nus, Marcellinus Venetus, Albertus Carpeñ, princeps, Die-
tenbergius, Alueldius, Vsingius, Clichtouæus, Murner,
Rhadinus, Latomus. episcopus Ascalonitanus, Pouelus,
Ochsenfurt, Natalis Beda, Herborn, Eraſ, Rote, Abbas Zel-
iz,

1512
1510
1519

Reges con-
tra Lud-
deranos.

1518
1519

I&e, Sylvius, buchstab. Facio quod hodie viuentes multi faciunt, Cochlæus, Mensingus, Nausea, Marius, Alphonsus Zamorensis, Taxander, Titelmannus, Pighius & Vuicelius. Mentitur autem Bucer hos persequi euangelium, sed haereses persequuntur, impietas ac schismata. Horum in agro dominico metentium uestigia sequor cum Moabitide. Et quā diu spiritus hos rexerit artus, deo adiutore, non desinā veritatē fidei tueri, & oppugnare perfidiam, tantum abest, ut non timeam propterea excommunicationem, ut nihil sciam hoc tempore, quod gratius deo facere possim in satisfactionem peccatorum meorum.

SECVNDA CAVSA EXCOMMVNICA

tionis destruitur.

Pluralitatem beneficiorum, quibus fruar, assumit Buc-
cer pro secunda causa excommunicationis, sed menti-
tur, ut iam palam faciam. Non nego, si voluisse aggra-
re aduersum me lutum, ut Helluones beneficiorum, non
nihil potuisse, in tanta gratia pontificum, regum & prin-
cipum. Ter sui in vrbe, liberum accessum habens ad pontifi-
ces, nullum vñquā ab eis beneficium reportavi pro me. De
lectura mea Ingoldstadii non habeo stipendum ex Camer-
a, sicut alij professores, sed in huius vicem succedunt fru-
ctus Canonicatus Eistetteñ. Aliud etiam beneficium exile
collegij est lecturæ incorporatum, cuius tamen omnes fru-
ctus auditori reliquo Theologiæ. Ad hæc illusterrimus
princeps, attentis meis magnis laboribus, ne moueam pe-
dem, & in negocio fidei fideliter seruam, ceruo & ducentis
florenis annuis ex Camera sua mihi prouidit ad vitā. Plus
impedit princeps ille secularis Theologo suo, quam faci-
ant multi episcopi suis Theologis. Ad hæc cum sint tot
impensa in libris, in scriptoribus, vt etiam Hieronymus,
quia labore scribendi manu propria ferre non valuit, im-
pensas libratorum habet, sedes apostoli, mihi de duabus pès

N iij sionibus

Abacu. 8

Fux V. ill.
liberalis
in ECKI
V.M.